



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Angelii Bargaei Commentarius de Obelisco

Angèli, Pietro

Romae, 1586

Ivlpii Caesaris Stellae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13181

Ipse suis, aperitq; factis.
 Namq; vagantem impunè licentiam,
 Crimenq; inultum comprimit, impotens
 Cen Sole siccōs flamma vepres,
 Aut nebulas segeti nocentes
 Vis acta ab Euro. culpa perhorruit
 Pœnam insequētem; prisca redit fides;
 Aeuumq; priscum; nox pauroe,
 Lite dies caret; & querela.
 Annona mendax, & miseros ciens
 Fames tumultus, transmare Creticum
 Abscessit, in qua regna pestis
 Sauit, & exitiale bellum.
 Pax alma nobis ridet, & otium
 Custode Sixto, Patreq; maximo;
 Per quem tu Jesu penè lapsam
 Genti iterum reparas salutem.
 Et iura Romæ, principis Urbium,
 Aparte nostri conspicua Poli
 Extendis ad non ante visti
 Oppositas Japonis oras.

IVLII CAESARIS STELLÆ.

Hec quicunque vides ingentia saxa viator,
 Abdita neglecto qua latuere loco,
 Transferri plateam in celebrem, miraris ut atas
 Hac



Hac peragat, quod vix prisca peregit opus:
 Desine mirari, Syxto hac regnante geruntur,
 Principe quo mirum iam nihil esse potest:
 Quararo veteres, nunquam fecere minores,
 Sapientis hic nullo pene labore facit.
 Vix venit, vix vidit, et omnia vicit, hic arua
 Posse coli, atque Urbes viuere lege dedit.
 Hac merito mirare igitur, nam principe Syxto
 Quae fecere alij, non ea mira puto.

AVRELII VRSI.

Hec, quae paullatim in conum procurrit acuto
 Vertice, et Alpinis tollitur aqua ingis.
 Sacra prius soli moles stetit, inde duobus
 Casaribus; rutilat nunc radiata Cruce.
 Error abit, Solisq; sui Sol cedit honori;
 Deq; triumphato Casare Christus ouat.

A L I V D.

Qui legis, et tanti miraris pondera saxi
 Niliaca quondam prodigiosa Pharo;
 Disce quid hoc rerum, quas conspicis, argumentum
 Signat, stella, lapis, crux, leo, monsq; triplex.
 Stella fauor cali, crux est accepta Tonanti
 Religio, montes, spes, amor, atque fides
 Principis in vigili cura est expressa Leone,

H 2 Jn